contradicentibus, in platea Neapolis capite truncari ~~voluit~~ voluit //
Post hec ad recuperandas rebellantes terras rex Karolus
convertit animum, idque agit non sine multa sanguinis
effusione, quod Clementi pape non placuit. Fuit enim
vir benignus, generaliter litteratus, cantor delicatus,
in contionando non habens socium, sibi austerus, ceteris
pius. // Hic de palatio suo ubi erat Viterbii videns tran-
seuntem Corradini militiam quasi prophetando ait
dolendum super tali puero, qui taliter seductus duceretur
ad victimam. // ~~1269~~ MCCLXIX°, vacante Romana sede ~~et~~ atque imperio
rex Karolus se prosperari cernens, versus oriens se
dilatat et filio suo Phylippo filiam principis Achaie
accipiens, principatum acquirit contraque Paleologum
mittit militiam, que nunc prospere egit, nunc adversa
prospera est. - - - - - - - - -

~~236~~ CCXXXVI^m Capitulum. De pontificatu Gregorii X^mi f. 166!

et sibi contemporaneis.

Gregorius natione Placentinus de domo Vicecomitum
archidyaconus Leodiensis ecclesie presidet. Hic ex devotione
ad Terram Sanctam transfretaverat ibique existens in
palatio Viterbiensi electus est. // Fecit ordinationem
unam V presbyterum(?) episcoporum cardinalium multum lauda-
bilem. Inter ceteros promovit fratrem Bonaventuram de
Balneo-regio et fratrem Petrum de Tarentasio. // . . . .
F. 8. - - - ~~1273~~ MCCLXXIII°. Rodulfus comes de Asburgh in regem
eligitur Alemanie, quam electionem papa confirma-
vit in favorem Terre Sancte, et^x ipse statim cruce signatur x f. 167.
est et similiter rex Francorum et barones multi. Huic
Rodulfo ad preces pape Alfonsus rex Castelle cessit,
renunctians omni iuri quod haberet. Rodulfus autem
redeunti pape in Ytaliam occurrit cum regina et filiis
apud Bellicadrum^b et iuramentum prestitit fideli-
tatis Romane ecclesie de conservando ipsam, quod habetur
D. LXIII^a, c. Tibi domino. // Tunc etiam restituit ecclesie
comitatum Romagnole cum exharchatu Ravenne.
- - - - - - - - - -

~~237~~ capitulum. De pontificatu Adriani quinti

et sibi contemporaneis

- - - - - - - - - - - - -

~~prophetando~~ / prophando

nondum / experta

4. Zu Ludwig IX. ... Martin

aus Martin ...

b) Bellicadorum!

dud

C. 236. Innoc. V aus Martin ...

Hic dimittitur Celestinus.

aus Martin